Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496 Seite 716



pomū nunc ob. mutaẜ in illas
Obnixe.i.intente vel humiliter.ꝟ multū.
Ocius.aduer.i.velociꝰ. celeriter.statim
Octies aduer.i.octo vicibꝫ.
Offatim aduer.i.particulatim.
Officiose.i.sedule.
Olim aliqñ p̄teritū signat.i. q̊ndam an//
tea. Aliqñ olim ⁊ de p̄terito ⁊ de futuro
dr̄ sicut aliqñ.qñ.vnq̄ꝫ.ẜm Pap̄.
Ominose.aduer.i.fortunate
Omnino aduerbiū.intentiuū.i.penitus
Et pdu.penul.ẜm cōmunē vsum
Opido aduerbiū.i.valde.
Opime.i.abundanter.affluenter.
Optate aduerbiū.ꝓ quo inueniẜ optato
id est desideranter vꝉ eleganter.
Opitulanter.i.auxiliant. Opitulati.idē.
Opulenter vꝉ opulente.tius.sime.id est.
abundanter.
Orsum aduerbiū loci.i.in hanc partem.
Inde deorsum.
O si vna dictio aduer. optādi.i.vtinā vꝉ
vocandi. Unde Symeon. O si me h̄ in//
ueniret illa natiuitas
Ossim vꝉ ossatim.aduer.i.ossa frangen//
do vꝉ ꝑ ossa.i.de osse in os.
Ostensim.i.aperte.
Ouanter ⁊ ouatim.aduer.i.gaudenter

## De P

Palam aduer.qualitatꝫ.i.apte. manife//
ste.⁊ dr̄ a palo las. Uñ Joh.xviij. Ego
palā locutꝰ sum mūdo. Et cōponiẜ cū in
⁊ diciẜ inpalā.i.in apto. Potest etiā palā
esse p̄positio qñ regit casum.vt Palā illo
hoc feci.i.corā illo. Et cor.prima. Sꝫ pa
lo las.eā ꝓducit. Unđ Lucanus in.vij.
Principes fecere palā ciuilia bella. Sed
de vltima syllaba q̄riẜ an debeat acui. Et
dicunt quidā ꝙ sic:ad differentiam huiꝰ
accusatiui palā.de pala le.palā. Alij di//
cunt ꝙ nō.et meliꝰ.q꞉ hmōi aduerbia in
am desinentia depͥmunẜ in fine.vt mul
tifariā.ꝑperam.
Palanter.i.manifeste vꝉ vaganter. Uel
palanter.i.incōposite.vꝉ dispse.aduerbi//
um qualitatis.
Pape.interiectio est admirantis. Unđ.
Cedit papa pape.nō cedunt munera pa
pe. Accipe tolle cape:sunt verba placen//
tia pape.
Palin.id est iterum.
Panegyrice.i.laudanter.laudabiliter
Parenetice.i.interpositorie.
Pariter aduerbiū silitudinis.i.simul.
Para p̄positio greca.i.iuxta vel apud vꝉ
re.vel p̄ter vel trans.
Partim aduerbiū.i.diuisim.
Particulatim.i.diuisim. ꝟ ꝑ particulas
Parū.i.modicū. Et cōponiẜ cū ꝑ.vt Pa
rūper.id est valde parū. Inueniẜ etiā pa
rūante.sed potius sunt due ptes.
Passim aduer.i.vbiq̄ꝫ vꝉ ḡdatim vꝉ leuiẜ
Paulatim aduerbiū.i. sensim.particula
tim.pedetentim.minutatim.
Paulisper.i.parūper.vel modicum.
Paulominus.qñq̄ꝫ est vna dictio.i.fere.
vt ibi. Paulominꝰ cōsummauerūt me in
terra. Qñq̄ꝫ est oratio siue due dictiōes.
vt ibi. Minuisti eū paulo minꝰ ab ange
lis.i.minus modico. Unđ in Grecismo
diciẜ Si paulo minꝰ est oratio comparat
inde. Esto fere si dictio sit paulominus
vna. Itē nota.ꝙ paulo nō debet acui i fi
ne in paulo minus qñ sunt due ꝑtes. Itē
paulo ꝑ̇us due partes sunt. Item paulo
cōponiẜ paulopost.pauloante. vel potiꝰ
sunt due partes posite ꝓ vna. Itē paulu
lū ⁊ paulū ⁊ paulo sunt nomia. licet ali//
qñ ponanẜ aduerbialiter.
Pauxillatim.aduerbiū.i. parum.
Peculiariter aduer.i.ꝓprie.familiariter.
Pedetentim.i.sensim:subtiliter. grada//
tim.caute.cūctanter. q̄si pede tentās.ẜm
Pap̄. Unđ Hieronymꝰ in ep̄la ad Pau
linū.viij. Caute ⁊ pedetentim tuas pos//
sessiunculas vendideris.
Pellaciter aduerbiū.i. dolose.fraudulen
ter.fallaciter.⁊ dr̄ a pellax.
Pene aduerbiū remissiuū est.i.fere.
Penes p̄positio.i.apud.iuxta. prope. Et
cor.pe. Uñ Oraciꝰ in poetria. Quem pe
nes arbitriuꝫ ius est ⁊ norma loquendi.
Sed hic penes nis.i.virile membrū. Et
pdu.penul. Uñ. Te sunt damna penes
damnaẜ si tibi penes.
Penitꝰ aduer.intentiuū.i.oīno.ex toto
Pensiliter aduer.i.leuiter.
Per.p̄positio aliqñ ꝑ̇uat.vt Perfidus.i.
q nō habet fidē. Itē iurat vꝉ adiuratio//
nē signat.vt Per deū iuro. Item ꝑ dicit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0716
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG